



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

22. An ab exempto agente coram Ordinario reus exigere possit cautionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

—————
 QUESTIO XXII.
 —————

Exempti agentes coram ordinario, an teneantur ad aliquas cautiones.

SUMMARIUM.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Statuta iudiciorum alia ordinaria, alia
decisoria.</p> <p>2. Cautiones respiciunt ordinaria.</p> <p>3. Exempti subiiciuntur ordinariis.</p> <p>4. Cavere est onus.</p> <p>5. Extranei arrestari possunt, & cavere coguntur.</p> <p>6. Ordinarius non exequitur sententiam</p> | <p style="text-align: center;">latam in exemptos.</p> <p>7. Non exequitur sententiam latam inciditur in causa dotis inter Laicos.</p> <p>8. In decisivis observanda consuetudo loci, delicti, contractus aut rei.</p> <p>9. Quae cautiones respiciant decisoria.</p> <p>10. Causio iudicio sibi praestita coram iudice incompetenti non valet.</p> |
|---|--|

Leges consuetudines & statuta iudiciorum alia esse ordinaria, alia decisoria, longe lateque apud diversos scriptum est. *Rochus de Curte tract. de consuet. qu. 10. n. 669. & seqq. & quaest. 6. n. 757. usque ad finem. Stephan. Aufser de potestate Seculari super Eccles. person. reg. 2. n. 40.* Cautiones & satisfactiones judiciales de quibus praefens quaestio, concernunt ordinativa iudicii teste *Aufserio n. 40. Jo. Faber. §. sed hodie vers. 2. item qua hinc ad quas proinde exempti non adstringuntur, Jo. Gottus ad arrest. parlans qu. 49. nisi ex lege, stylo seu consuetudine usitata fori ordinarii ea praestari consueverint. Ratio est, tum quia concessa ordinario facultate cognoscendi de causis exemptionum, censetur secundum ritum, morem & ordinationem sui fori. glo. c. Clericus ubi DD. de foro compet. DD. c. Ecclesias. Maria de constit. Aufser. d. n. 40. Rebuffus ad ord. reg. in praemio glo. 1. n. 68. Rochus d. quaest. 10. n. 668.*

Tum quia ordinaria iudicii non tam respicere videntur personam quam causam eius cognitioni subiectam. *Abb. d. cap. quod Clericus col. 14. Rochus d. qu. 10. n. 669.* Tum quod sicut natus in loco ratione originis subiicitur legibus loci. *l. origine. C. de municip. & origin. lib. 10. Raphael Comensu. cons. 130. incip. P. Clericus. Roch. d. n. 669.* sic causa per delegationem nata in foro ordinarii, subiici debet ejus legi & ordinationi, *Roch. d. n. 669.* Confirmatur 1. quia adstringi ad cautionem censetur esse onus, & cedere in gravamen. *l. cum non facile l. nisi in verb. cautionis onus. ff. si cui plus quam pro l. Falca. Castrensis. l. omnes §. praeterea n. 2. C. de Episc. & Clericis.* Ut proinde exempti specialiter compelli ad eam non possint, nisi ita de more stylo & lege fori ordinarii statutum sit aut consuetum, alioquin enim exemptio inducta in favorem converteretur in gravamen atque lesionem *dixi infra l. 4. §. 2. n. 6.* quippe quod in solitis aut superfluis cautionibus onerari nemo debeat *l. 3. ff. de possess. legat. vel. fidei commiss.*

Con-

- Confirmatur 2. quia Exempti extraneorum jure censeantur. *supra eod. lib. quest. 19. n. 4. DD. cap. grave de offic. ord. infra lib. 4. quest. 55.*
- 15 A quibus cum cautio iudicatum solvi, ne iudicia reddantur elusoria, postulari consueverit. *Castrensis Aulicent. generaliter n. 1. C. de Epis. & Clericis. idipsum in Exemptis eadem proportione sustineri posse videtur. Cast. d. n. 1. Quippe quod ordinarius sententiam in exemptum latam executioni demandare non possit. Innoc. c. significasti de officio deleg. Angel. l. finali C. de iudic. DD. c. cum Episcopus de offic. ord. in 6. nec enim hic par est ratio antecedentis, hoc est causa cognitionis & consequentis scilicet executionis, quo in casu argumentum a concessione antecedentis ad concessionem consequentis & e contra non procedit. Preses in locis legalibus loco a concess. antecedentem.*
- 7 In simili traditum est ordinarium cognoscentem de causa dotis inter Laicos, sententiam suam executioni mandare non posse in bonis Laicorum, ex quo ea sint a sua jurisdictione exempta. *Ang. d. l. fin. Innoc. d. c. significasti Jo. Andr. c. 1. de homicid. in 6. Preses d. loco a concess. anteced. post. princip. unde ea proportione de qua haecenus fterterea. Porro quod initio diximus de ordinariis, contra in decisivis venit oblectandum.*
- 8 Siquidem in decisivis observanda est consuetudo contractus rei, aut loci delicti de quo disceptatur. *Aufrer. d. n. 40. Rebuff. d. n. 69. Rochus d. quest. 16. n. 768. Preses in locis loco a contractibus ad delicta in princip. Cuius sub specie sunt cautiones damni infecti, praetandorum legatorum novi operis solvendi adveniente die. Jo. Faber d. 5. sed hac hodie n. 8. in fin. ad quos proinde Exempti ab ordinario cogi non possunt, quae omnia ex Rocho Fabro & Doctoribus antea allegatis varia exemplorum specie exornantur atque comprobantur, adeo quidem, ut si cautiones de iudicio sibi coram ordinario praestiterint, vitibus non subsistant, cautio enim coram iudice in competenti praestita non subsistit. Alexand. post Baldum l. 2. §. si quis, ff. qui fiscalare cogantur. Abb. cap. 1. in addit. ad n. 3. de fideiussoribus, quia tanquam accessoria vitatur. Barth. l. cum lex ff. de fideiuss. ita in Clerico cavente coram Laico concludit Jacob Ant. Martia de iurisd. & secul. par. 4. cent. 2. casu 160. Gratius cons. 15. num. 30. par. 1. arg. l. cum principalis, ff. de Reg. juris l. sed. si §. non solum ff. ad Maced. l. fideiussor obligari §. fideiussor, ff. de fideiussoribus.*

QUESTIO XXIII.

Qualiter in iudicio probari debeat Exemptio.

DE probatione Exemptionis actum est supra h. 1. q. 8. proinde non opus est hic actum agere, sicut obiter insinuare, quasi possessionem exemptionis non liberare a pro-